



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

S. Gvnthervs Monachvs Et Eremita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

DE S. GVNTHERO
S. GVNTHERVS

MONACHVS

ET EREMITA.

CIXV.

*Auctor a-
qualis a-
pud Henr.
Canisium
Antiq. le-
tion. Vo-
lum. II.
p. 165.
Hundius
Metrop.
Sal. p. 117.*



Ognatus hic S. Stephani Pannonum regis, apud Turogos regia stirpe oriundus, cum ex ephebis & adolescentia etiam excessisset, vitæque eum solutioris admodum pœniteret, vocatis in consilium cogitationibus, cœpit fastidire omnia præsentia, cælumque toto pectore ardere. Abit ad Cœnobium, genus vitæ orditur laboriosum, nec satis expedit rationes fortunari, quibus abundabat, donec S. Gothardus Alahæ in Boicis antistes, illum seueriore periculi denunciatione territum firmavit. Exin ingentes facere progressus in curriculo virtutis, opes omnes negligere, seipsum abjicere, parere non maioribus, sed paribus & humilioribus etiam, seuerè in se animaduertere, nec legibus aliorum rigidis contentum, addere insuper alias corpori afflictationes, & paulatim in sanctitatis opinionē venire. Iam ad Stephani regis aures fama cognati delata, etiam animum incēderat cupidine Guntheri coram spectandi. allegantur ad ipsum, qui humaniter inuident ad Pañonias & regem visendum; recusat ille, p̄fatus, se in alterius regis & Christi auctoritate esse, omnibus propinquitatibus defunctum. sed iterum ac tertium vocatus, cum fausta religiosorum imprecatione se cum legatis dedit in viā. salutatus à rege ingenti gaudio perfuso, regioque epulo exceptus, à carnibus tamen omnino abstinuit. Sed iterum ac sæpius à rege fatigatus, vti saltem ex pauone apposito aliquid gustaret, ne durus in regem & hospitem, & cognatum videretur, nihil ille quidem de alite attigit, sed capite in manus fuso, Deum precibus & lacrimis adiit, vt sine offensa regis, saluis suis legibus à mensa surgeret: impetrauit, vt rediuiua auis e patina ingenti prodigio auolaret: vnde rex, omnisque aula attoniti, de cætero Guntherum vrgere ad gustandas carnes desierunt. Ipse cum aliquot familiaribus inde in saltum Narvvaldensem Bohemiæ bonâ sui præsidis veniâ secessit, ibique septem & triginta annos religiosissimè vixit: quoad à Bredislao Sarmatarum & Boëmorum principe Venationibus intento deprehensus, in alterum illi diem suum è vitâ discessum post diurnam & religiosam fermocinationem aperuit; qui primâ luce cum Seuerò antistite ad ostium

*Hoc acti-
dis ante-
quam Ste-
phanus ef-
set Christi-
anus.*

S. GVNTHERS MONACH. ALTACH. ANACHORETA. *παρὰ δὲ*

Non est, falleris, hæc beata non est,
 Quam vos creditis esse, vita non est.
 Fulgentes alipitis videro gemmas,
 Regalis dapibus grauari mensas,
 Aut auro bibere, et cubare cocco,
 Aut testudineo iacere lecto,

Et pluma latus impedire molli:
 Sed gemmas, adamantas, uniones,
 Et flauum radiantis æs metalli,
 Et caras Tyrii rubeoris undas,
 Et citri maculas, eburiq; seclæ
 Regalæq; dapēs, cupiditasq;

Fastidire, Deoq; post habere
 Pèræ æstum properare pèræ, frigus,
 Et per pauperiem, sitim, famemq;
 Ad diuinum ambrosiam et perenne nectâr,
 Et nunq; caritura sine regna:
 Hæc non falleris, hæc beata vita est.

ostium



Et quia non est in mundo
qui non sit in mundo
et quia non est in mundo
et quia non est in mundo
et quia non est in mundo
et quia non est in mundo
et quia non est in mundo
et quia non est in mundo

ostium Guntheri adest, caelestem agnum in viaticum porrigi jubet,
vbi ille inter piorū lacrimas & vota expirauit. anno Christi 610. XLV.
VII. Idus Octobris. Corpus per iumenta jugi insueta ad Brunouien-
se Cœnobium deductum, prodigijs vitæ prioris sanctimoniam
ostendit, ipse caelestibus post religionibus consecratus.

Auctor idem fuit Cœnobij Rinichnachensis Altachensi inferi-
ori per Henricum Imperatorem ipsius rogatu Guntheri subjectum,
adjecit Kunigundis & Gisela illa Henrici sponsa, hæc Con-
radi conjunx prædia & filuas, aliique
principes auxere.

*Herman-
nus con-
tractus.
Hundino
de Canob.
Rinichna-
chensis.*

